

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae
& politicae**

Goclenius, Rudolph

Marpurgi Cattorum, 1601

CXII. An necesse sit a visio uno per virtututem procedere ad vitium
alterum?

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](#)

tem. Idcirco citò senescit, citoque deponit a-
lacritatem, sitque melancholicus, ac rabieiæ-
stus capax. Hactenus Scaliger. Mihi tamen vi- Propria o-
detur, Fortitudini propulsanti (quæ mala ea pinio, qua
quæ honestè declinati nequeunt, sustinet &
abigit) iram aliquam esse concedendam, &
dicendum: huic fortitudini inservire tum i-
ram, tum robur, quod est in corporis firmitu-
dine, & quadam velut indolentia. A fortitu-
dine autem declinante (quæ mala non sube-
yndat quantum licet decetque, vitat) & pa-
tiente, que dicitur Tolerantia, seu patientia,
iram prorsus abesse debere, sicut & à Gravi-
tate, quæ est fortitudo in rebus secundis, mo-
derans animum, ne homo minus vel plus ef-
feratur: Græcis dicta βαρύμενος.

PROBLEMA CXII.

An necesse sit à virtuo uno per virtutem procedere ad
virtutem alterum?

AXIOMA philosophicum est: Non
transiri ab extremo in extremum, nisi
per medium. Virtus autem est mediocri-
tas seu medium inter duo extrema. Quæritur
igitur: An non necesse sit ab extremo per vir-
tutem procedi ad extremum? Resp. Non ne-
cessere est à virtuo, ut à prodigalitate, per vir-
tutem, ut libetalitatem, progressionem facere
seu transire ad virtutem, ut avaritiam. Virtus
enim

enim medium est, non per veram participationem extremonum, sed per recessum ab utroq; extremo. Id est: Virtus media est inter duo extrema vitia: Et si necesse sit transire à virtute per virtutem ad vitium quadam quasi materiali participatione vel imitatione virtutis. Nemo enim ex avaro fit prodigus, nisi prius cœperit dare, quod liberalitatis est, sicut liberalitas sapit aliquo modo naturam extremonum. Nam quā inclinat ad dandum, quodammodo convenient cum prodigalitate: quā verò inclinat aliquando (ne fons exhaustatur) ad retinendum, accederè videtur ad tenacitatem. Quod autē attinet ad allatum axioma philosophicum, physicum id potius est, quam morale. In motu enim naturali eo qui fit transiū temporis non transitur ab extremitate (Marpurgo) ad extremitatem (Cassellas) nisi per medium Rauschenbergam, Fridslariam, &c. Axioma igitur istud non debet transferri ad Ethicam imperita translatione principiorum propriorum fit, ut scientiæ se mutuū evertat, quod docet Aristoteles prior, lib. posterior. Analyt. cap. 7. totidem verbis. Et tamen suo modo, quem diximus, Ethicæ etiam convenire potest axioma istud. Nec verò moveat quod ipse Aristoteles virtutem quoq; extremitatem vocat: virtus enim sunt extrema mala: virtus verò est extremitas bona. Nec

virtus

on per venam pati
sed per recessum
Virtus intermedio
Est nescie formis
d' uitiam quic
one voluntatis
earo frigidae
liberabilitatis
modo numeri
climatad datur
cum prodigiis
ando petens
accidere vitium
est virtus admodum
focum dignitatis
in nobis in unius
confundit utrum
Callidus via pess
obligatim debet
debet videntur
satione propria
ente se minus
des poterit illa pro
in verbis. Ex quo
s, Educatione
fund. Necesse
les virtutis
virtus enim est
extremis

virtus secundum essentiam est extremitas,
sed etiam est mediocritas (*μεσότης*) κατά το
δι, seu κατά το δείστρ, id est, secundum id quod
optimum est, est extremitas (*ἀκρότης*.)

TABELLĀ.

Medium quod
inter extrema
opposita inter-
jectum est, est
medium

Per negationem extremerum. Tale medi-
um est inter docens & discens, nec
docens nec discens: Inter videns &
cœcum, nec videns nec cœcum: cu-
jusmodi est lapis.

Per participationem extremerum. Inter ca-
liditatem & frigiditatem, tepiditas.
Inter diem & noctem, crepusculum.
De hoc Scaliger intelligatur, dum
ait exercit. 317. Utrumque quod est,
neutrū est: id est, Utrumque quod
est per mistionem, neutrū est soli-
de seu sincere.

Per recessum ab utroq; extremo. Inter duo
vitia, virtus.

ANAL.

Medium inter av- matria extrema	Negativum: per abnegationē extremerum: Positivum: quod est forma po- sitiva	Per parti- cipatio- ne extre- mo-	(Propriā: Dici po- test formale me- dium. Impropriā: Dici potest analogicū & virtuale: Per recessum ab utroq; extremo.
			Ii Nec

Nec medium per negationem extre-
rum, nec medium per recessum ab utroque
extremo constat ex extremis.

Medium per verā propriamq; participatio-
nē verē cōstat ex extremis tanquam partibus.

Ac dicitur formale, quia formaliter conti-
net extrema refracta. Dici etiam potest Me-
dium per formalem mistionem cōtrariorum
in gradibus remissis. Tale est tepidum inter
calidum & frigidum.

Medium per impropriam participationem
quadantenus constat ex extremis, id est, simi-
litudo ac convenientia quādam est medii hu-
jus cum ipsius extremis, non autem extremū
ipsum est in medio: seu medium hoc non ha-
bet in se extrema tanquam sui partes. Dicitur
igitur virtuale, quia virtualiter continet seu
participat extrema. Dici etiam potest medi-
um per virtualem continentiam seu partici-
pationem extreborum.

P R O B L E M A C X I I I .

Peccētne incontinentis sciens an nesciens?

Confirmatio sententia, quid peccet nesciens.

NEMO qui de rebus habet rectum judici-
um, aliud quicquam agere potest, quam
quod bonum est: seu, nemo recto prædi-
tus judicio ab officiis religione potest abducit
At incontinentis securus agit: Ergo in incōtin-
ente non